



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Quæst. I. An, & quæ Vota commutari possint virtute Jubilæi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

252 P. 3. De Jubileo extraordinario.
innumeris (ait Tamburinus *sup. n.*
21.) & rectius : Quia Bullis confor-
mius, ait Gobatus *n. 272.* Vide Na-
varrum, *Manualic. 27. n. 254.* id pro-
bantem : Quia irregularitas non est
censura; neque absolutio ejus necessa-
ria est ad peccatorum absolutionem,
ob quam tamen datur facultas absol-
vendi à censuris & sententiis Eccle-
siasticis : & Stylus Curiaë habet,
quòd per facultatem absolvendi à
quibuslibet censuris & pœnis, non
intelligatur facultas dispensandi su-
per irregularitate. Vide & Molinam
to. 4. tr. 3. de Justitiâ commutativâ disp.
80. n. 6. & iterùm Gobatum *n. 450.*

SECTIO XII.

DE COMMUTATIONE VOTORUM.

QUÆST. I. An, & quæ Vota commu-
tari possint virtute Jubilei ?

RESP. I. Confessarius ab Ordina-
rio approbatus, juxta superiùs dicta,
potest

potest commutare vota quælibet quorumlibet Fidelium, exceptis votis Castitatis & Religionis, de quibus *sect. seq.* Nullam tamen habet, vi Jubilæi, facultatem dispensandi super ullo voto.

R. 2. Potest commutare vota etiam juramenta firmata, atque adeò & juramenta soli Deo facta. Suarez *to. 2. de Relig. l. 6. c. 14. n. 6. 19. & seq.* Portel *Dub. Regular. v. Voti commutatio. n. 97. & 98.* cum aliis, Diana *p. 1. tr. II. R. 43. & p. 5. tr. 12. R. 57.* cum Basilio Pontio; Gobat *n. 286. & seqq.* Busenbaum, &c. Vide Sanchez *in Decal. l. 4. cap. 53.*

Imò non improbabiliter & quævis juramenta, sine præjudicio tertii, posse commutari ab eo qui habet facultatem commutandi vota, docent etiam Alphonsus Mendezius in sua *Theologia Catechetica l. 10. c. 8. n. 14.* Matth. de Moya *tr. de Relig. disp. I. q. 3.* Tambur. *in Decal. l. 3. c. 7. §. 3. num. II.* Gobat *Theol.*

254 P. 3. De Jubileo extraordinario.
experim. edit. anni 1681. tr. II. num.
508. &c.

R. 3. Possunt etiam commutari
promissiones factæ alicui Sancto, non
cogitando de Deo. Quia licet tales
promissiones non sint propriè vota,
ex sancto Thomâ, vulgò tamen so-
lent vota nuncupari; & proinde po-
test ad illas promissiones extendi pri-
vilegium commutandi *quæcumque vo-*
ta. Gobat *de Jubil. n. 289.* Vide eun-
dem *de Sacram. tr. 6. n. 302.*

Q. 2. *An possint commutari etiam vo-*
ta, facta in favorem tertii?

R. Negativè, si jam sint ab illo, vel
ab alio, ejus nomine, acceptata: Quia
fieret contra jus à tertio jam acqui-
situm; secùs, si nondum sint acceptata.
Suarez *sup c. 15. n. 11.* Sanchez *in De-*
cal. l. 4. c. 41. n. 13. Lessius *de Justit.*
l. 2. c. 40. n. 104. Castropalao *disp. 2.*
de Voto pu. 15. n. 2. &c.

Ad illam autem acceptationem
requiritur, præter promissionem deo
factam, etiam promissio facta tertio,
quæ